



S. Odilo Abbas. Cura defunctorum

[Köln], [1654]

S. Heimeradus Presb. Contemptus humani tolerantia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71907](#)

I 88
aros
AVS,
onia
mo-
erci-
Eum
asilia
regi-
um.
co-
red-
& in-
men-
tis in
ppa-
llus,
bar-
avo-
Tan-
n ap-
acræ
phe-
a ad
nor-
trum.
exer-



S. HEIMERADUS PRESB.

Contemptus humani tolerantia.

Deus, pro cuius amore S. Presbyter
HEIMERADVS, contumelias & flagra-
perpessus, soli tibi placere studuit; cor-
rige in nobis laudis humanæ appeten-
tiam, ut veram apud te gloriam ipso
deprecante mereamur.

Ora pro iis qui parvi te faciunt,

Ep

Roma ac Hierosolymis reversus Presbyter HEIMERADVS , ex Suevia oriundus , secutus fuerat invitantem ad se Hirsfeldensem Abbatē , sub an. 1014 . Sed cum ejus monasterium , extremæ paupertatis asperitatisq; appetenti sibi parum convenire videret , dimitti petiit , nec nisi post flagratorerata ejactus est . Fatuum scilicet astimabat Abbas : Westphali autem venientem ad se pro Sancto habuerunt . Sed neq; hoc diu toleravit invidia ; Sanctisq; Meinwerco Episcopo & Cunigundi Imperatrici accusatus , hujus jussu iterum flagella subiit , ab isto contemptus fuit . Sed vere Sanctum probavit humilis patientia , probarunt & miracula quibus eum Deus honestabat . Laudis tamen humanæ fugitans , in Hassungen , montem Hassiæ , recessit , ac solitarius aliquamdiu vixit . Gratia curationum clarus & prophetiæ spiritu , etiam ante mortem , an. 1019 obitam , prædixit , nobile ibidem construendū monasterium , quod 10 anno ab obitu cœptum à Moguntino Archiep. Aribone , successores luculenter dotarunt absolveruntque .

Nos stulti propter Christum tamquam purgamenta hujus mundi facti sumus , omnium peripsema . 1 Cor. 4 .